## *⟨1452, vor September 12⟩, Wiener Neustadt.*[1]) **Nr. 2794**

*K. Friedrich III. an ⟨die Väter des Generalkapitels des Zisterzienserordens⟩*[2]). *Er ⟨stellt sich hinter⟩ die ohne ausdrücklichen Auftrag der Adressaten im vergangenen Jahre tätig gewesenen, von NvK mit der Visitation der Zisterzienserklöster in den Erblanden Friedrichs III. und sonstwo im Reich beauftragten Äbte von Rein, Viktring und Dreifaltigkeit in Wiener Neustadt.*

*Kopie (Mitte 18. Jh.):* REIN, *StiA, Hs. 107 (s.o.* Nr. 1188a*) II p. 377f.*
*Erw.: Meuthen, Cusanus und die Orden 48 Anm. 170.*

Intelleximus, qualiter honorabiles religiosos devotos nostros dilectos in Runa, in Victoria et S. Trinitatis huius loci[3]) monasteriorum vestri ordinis abbates ad proximum futurum generale capitulum vestrum[4]) seriose ac peremptorie vocaveritis propter visitationem quorundam monasteriorum eiusdem vestri ordinis nuper de anno proxime preterito ab eis factam et ipsis per reverendissimum patrem dominum Nicolaum S. Petri ad vincula cardinalem, apostolice sedis in hiis partibus legatum de latere commissam, egre ferentes, quod illam absque vestra speciali licentia ac consensu fecerint ac in se susceperint onus huiusmodi visitationis.

Cum autem dicta visitatio a prefato cardinali ex speciali commissione sanctissimi domini nostri pape, ut asserunt, vive vocis oraculo ac de vestro etiam specialiter litteras ac brevia iam dicti domini nostri pape super ea susceperimus et ab eodem legato in huiusmodi sua commissione, presertim super reformationem monasteriorum cuiuscumque ordinis in dominiis nostris hereditariis et alias ubilibet per sacrum Romanum imperium in partibus legationis sue constitutis requisiti fuerimus, ut ad hoc nostrum preberemus assensum pariter et favorem, cuius intuitu ac etiam, ut monasteria vestri ordinis in nostris hereditariis principatibus et dominiis constituta, que ex speciali devotione ac benevolentia, quam ad eundem vestrum ordinem semper habuimus et habemus, magis peculiaria nobis reputavimus et maxime ea, que reformationem indigere videbantur, in meliorem reducerentur statum, ne per dissimulationem aut incuriam ad ⟨...⟩.[5])

---

[1]) *Die Kopie bricht in Z. 31 mit der Bemerkung ab:* etc. Reliqua desunt. *Als Ausstellungsort ist mit Z. 2* huius loci *Wiener Neustadt gesichert, mit Z. 4* de anno proxime preterito *das Jahr 1452. Als Terminus post quem ergibt sich somit die Rückkehr Friedrichs III. von seinem Romzug nach Wiener Neustadt am 20. Juni 1452 (s. Koller, Kaiser Friedrich III. 127), als Terminus ante quem das in Z. 8 genannte Generalkapitel von 1452 IX 12. Das Formular dürfte von Enea Silvio Piccolomini konzipiert worden sein.*

[2]) *So Alanus Lehr in seiner Randnotiz p. 377:* Caesaris ad patres capituli generalis; *s. Z. 8.*

[3]) *Wiener Neustadt.*

[4]) *Es fand am 12. September statt; vgl. J.-M. Canivez, Statuta Capitulorum Generalium Ordinis Cisterciensis IV, Löwen 1936, 658-672. Hier kam es jedoch, ohne Bezugnahme auf die drei Visitatoren, lediglich zu einer Bestätigung der dem Abt von Morimond in den vergangenen Jahren übertragenen* visitatio et reformatio *der Klöster seiner Filiation und anderer in der* natio germanica; *Canivez IV 664 Nr. 49.*

[5]) *S.o. Anm. 1.*

Aus: »Acta Cusana. Quellen zur Lebensgeschichte des Nikolaus von Kues«, Felix Meiner Verlag, Hamburg 2016.
Copyright: CC BY-NC-ND 3.0. Weitere Informationen: www.actacusana.de/copyright.